I. S. C.

DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

DOTE,

Permissu

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,

PRÆSIDIO

VIRI

Amplissimi, Excellentissimi & Consultissimi

DN. HEINRICI VOLCKMARI,

J. U. D. Facultatis Juridicæ Assessoris dignissimi,

Prof. P. Celeberrimi,

Patroni & Præceptoris sui honoris & observantiæ cultu devenerandi,

Publico eruditorum examini

sistit

JOHANNES-SIGISMUNDUS CRESSIUS, Hallensis.

A. R.

In Auditorio Petrini

Horis consvetis

ad diem 23. Octobris.

LIPSIÆ,

LITERIS RITZSCHIANIS,

ANNO CIↃ IↃC LVI.

Jehovâ subsidium Concedente.

de

D O T E

Anteloquium.

NEminem Historiarum & Antiqvitatum perscrutatorem fore arbitror, qvi nesciat ante Romuli progeniem dotium naturam fermè incognitam, & ideo nec speciem Juris Gentium, uti qvidam contendunt, antehac fuisse; Nam Græcos & Thraces uxores à parentibus emisse ex aliis refert *Beust. Tr. de Jure connub. part. 3. in pr. Anton. Gvibert. comm. de dote c. 1. n. 3.* Qvod & de Indis, Asiriis, Arabibus & Saracenis affirmat *Tiraqvell. in leg. connub. gl. 1. n. 9.* Alii & qvidem Taxilli filias in ipso ætatis flore cum tuba producebant, cui deinde placebant, eis nubebant referente *Münster. Cosmograph. l. 5. c. 7.* Sic ne locupletes præferantur pauperibus, Lycurgum & Solonem legibus cavisse, ut omnes indotatæ nuberent, & apud Hetruscos dona accipere in conjunctione nuptiali vetitum fuisse tradit *Beustius d. loco.* Romanis deinde, qvi in pace & otio bene moratam constitutam & ingenuis hominibus refertam Rempubl. habere satagebant, interesse Reipubl. visum fuit mulieres esse dotatas, ut scil. filia honestiori nubendi conditione maritum acciperet, maritus eò libentius onera matrimonii sustineret, & ut mulier dotata eò melius à viro tractaretur, & his qvasi invitamentis viri ad nuptias æqvalium provocarentur: Nec Romani tantum, sed etiam aliæ gentes moratiores dotis constitutionem

postea pro necesſario Reip. actu habuerunt. Videri poteſt *Dn. Hahn in Obſ. ad Weſ. tit. de Jur. dot. n.* 1. Cum itaq; Romani Imperatores maximè necesſariam atq; bene conſtitutæ Reipubl. utilem dotis conſtitutionem judicaverint *l.* 2. *ff. de Jur. dot. l.* 1. *ff. ſolut. matrim. l.* 85. *ff. de R. J. l.* 32. *§.* 2. *de condict. indeb.* Eò, qvod nulla res ſit, in qvam legumlatores juris ſingularis beneficia tàm liberaliter contulerint *Oldend. cl.* 4. *act.* 25. *Cujac. Par. C. tit. de J. dot.* non abs re fore, paucas exercitii gratia lineas conſcribere, exiſtimavi, hoc præſertim, in qvo omnes aurum ſitiunt, ſeculo, & in contrahendo matrimonio (verba ſunt *Obrecht diſp. de patrim mulier.*) curioſius ſæpe de dote & pecunia, qvam pietate & animi dotibus inqvirere ſolent, ſusq; deq; habentes, qvod perpendere maximè debebant, non dotibus ſed affectibus matrimonia contrahenda *l.* 11. *pr. C. de repud.* Sed ne & nos præpoſterè aliud, qvam inſtituimus, perſeqvamur, recta ad ipſam rei propoſitæ tractationem contendimus:

Thesis I.

ITaq; principii loco dicendum, Dotis vocabulum à Græco διδωμοι unde δοσις, vel à latino vocabulo dono originem trahere: Germanis vocatur der Frauen Einbringen/ Mitgifft / Ehesteuer / Heyrathgut/ Heyrathgeld/ Brautschatz/ Ehegeld. *Boceru tr. de Donat. c.* 8. *n.* 8.

II. Origine inſpectâ, ejus ambiguitatem meritò evolvimus; Et ſumitur vocabulum dotis, vel latè, & impropriè, vel ſtrictè & propriè. Latè ſumtum denotat omne id, qvod homini à natura vel hominibus vel aliis rebus præcipuum datum eſt, & in hoc ſignificatu ſæpius deprehendere licet. *Gen. c.* 30. *v.* 19. *l.* 2. *§. ult. l.* 20. *§.* 1. *&* 3. *ff de instruct. vel instrum. legat. c. cum ſicut. de conſecr. Eccleſ.* Sic dotes qvalitates animi & corporis dicuntur. *Calv. in Lex. voc. Dos.* Strictè vero ad matrimonium & nuptias relata dos, denotat vel rem dotalem, per Metonymiam ſubjecti, quæ pro dote datur, vel etiam jus in re dotali conſtitutum *Biccius Aureor. ſect.* 3. *th.* 54.

III. Hic priori modo acceptam dotem cum Azone & aliis deſcribimus: *Dos eſt pecunia à muliere vel ejus nomine ad ſuſtinenda*

matri-

matrimonii onera marito vel ejus nomine alii data vel promissa, ut eam constante matrimonio pro Domino penes se habeat. Et rectè qvidem meo judicio generis loco ponitur *Pecunia*, qvæ secundum *l. 222. de V. S.* omnes res tam corporales qvam incorporales, mobiles & soli continet; seqvitur in definitione: *à muliere vel ejus nomine data*, quia, sive pater, sive alius qvidam pro muliere, sive ipsa sui juris scil: constituta pro se dederit vel promiserit ipsa censetur offerre *l. 9. in fin. C. de pact. conv.* Differentiam qvoq; desumtam à causa finali inclusimus, consistens in verbis, ibi: *ad sustinenda matrimonii onera*. Dos enim eam præcipuè ob causam datur, ut oneribus matrimonii inserviat *l. 56. §. 1. l. 76. in fin. ff. de jur. dot. l. 16. de castr. peculio l. 65. § ult. pro socio. Marito vel ejus nomine alii data* sit oportet, nam etsi alius pro marito dotem accipiat modo is ratum habuerit, perinde est ac si ipse accepisset *l. 19. de J. dot. Data vel promissa* sit nihil refert, promissa namq; dos licet nondum data propriè tamen dos est *arg. l. 43. §. 1. vers sed is ff. de admin. tut. l. fin. C. sol. matrim* adde qvod stipulatio non solum in data, sed & in promissa locum habeat *l. 9. in fin. C. de pact. conv.* strictè autem stipulatio debeat intelligi *l. 99. de V. O.* & ita statuit *Jason in rubr. ff. sol. matrim. n. 23.* additur in definitione: *ut pro Domino maritus penes se habeat*, Est enim verus rei dotalis Dominus *l. 9. §. 1. l. 75. ff. & l. 23. C. de J. dot.* & Dominium verè acqvisivit *§. 40. de rer. div.* adeoq; rem dotalem vindicare potest *l. 9. C. de rei vindic.* Mulierem vero dici Dominam dotis ob spem, qvam habet, qvod scil. certò ad eam sit reditura, jure ipso, nulla intercedente retrotraditione dicit *Dn. Hahn. d. l. n. 7. verb. propter utilitatem.* Superadditur deniq;: *Constante matrimonio*, nam matrimonio durante in bonis mariti est dos. *l. 21. § 4. ff. ad municipal.* Neq; enim dos sine matrimonio esse potest, qvamvis hoc absq; dote consistere possit *l. ult. C. de repud. Dn. D. Richter in tr. Reg. jur. reg. 91.* definitionem excipit divisio.

IV. Alia dos est Profectitia, alia Adventitia; *l. 5. pr. & § §. seqq. de J. dot.* Profectitia est, qvam filia habet à patre *l. 19. de ritu nupt.* Sive ipse pater det, sive alius ejus nomine, qvia non

jus poteſtatis ſed parentis nomen dotem profectitiam facit. *d. l.* 5. Adventitia eſt, qvam filia aliunde extra patrem habet.

V. Nunc de perſonis conſtituentibus dotem; Alii qvidem vel ſimpliciter vel ſecundum qvid, alii plane non dotare tenentur. *Bach. ad Weſ. in Not. tit. de J. dot.* Et hoc eſt qvod dicunt, dotem vel ultro conſtitui, vel ex necesſitate. *Gvibert. Coſt. c. 3. n. 1. de dote.*

VI. Necesſitas dotandi patri incumbit, qvi officii paterni ratione cogitur pro modo facultatum dotare filiam *l. fin. C. de dot. prom. l. 6. ff. de collat. d. l.* 19. Officium vero ibi non ſignificat arbitrium (uti qvidem contendit *Arumæus diſp. ad ff* 15. *th. 7. lit. a.* putans, qvæ officii ſunt minimè ad obligationis necesſitatem pertinere *ex* l. 17. *§*. 3. *ff. commod.*) ſed necesſitatem, qvia lex nominatim injunxit *l. 6. ff. de collation. Gvibert. d. c. 3. n. 14. Rennem. Jpr. Rom-Germ. Membr. 2. diſp. 53. v. 3. 6. Bronch. c. 3. ἐναντ. aſſ. 14. Zoëſ. ad tit. ff. de J. dot. n. 6.* Hinc ſi forte abſens ſit pater nec certo conſtet, qvando reverſurus ſit, & filia habeat procum, ſitq; ita nubilis, ut de ejus pudicitia periclitari posſit, tunc ex bonis paternis officio competentis judicis dos conſtitui debet juxta vires patrimonii *l. 5. §. 1. & §. 4. de J. dot. l. 19. de rit. nupt. Gal. 2. obſ. 99. n. 1. Fachin. 13. obſ. 79.* qvos citat *Rennem. d. l. th. 6. lit. d.* Et ſpeciale hoc eſt in dote contra regulam juris, qvâ ſtatuitur, qvod judex non posſit qvicqvam facere niſi parte petente. *Bald. Novell. part. 6. privil. 19. de dote.* Hinc fit ſi filius mutuam pecuniam acceperit, ut eam pro dote ſororis daret, pater de in rem verſo actione tenetur *l. 17. ff. ad Sc. Maced.* Nec ſemel tantum, ſed etiam ad ſecunda vota transeuntem filiam pater redotare tenetur, modo dos absq; culpa ejus perierit *Nov. 97. c. 5.* quod egregiè confirmat *Conſtant. Roger. tr. de dote ſub. rub. de dotis conſtit. n. 6. & ſeq.* Intereſt enim filias iterum dote conſtitutâ elocari, ne cum maximo generis & familiæ dedecore turpem vitam eligere cogantur *Gvib. d. c. 3. n. 8. & ex eo Beuſt. d. p. 3.* dicta tamen reſtringuntur, qvod pater ſecunda vice non amplius indotem dare cogatur, niſi qvantum facultates ejus patiuntur, & qvantum facere poteſt *l. 61. ff. de J. dot. Auth. ſed qvamvis in fin. C. de rei ux. act. Nov. 97. c. 5. in fin.* 2. non procedunt matrimonio priori adhuc

huc durante, poteſt enim matrimonium esſe ſine dote *l. ult. C. de don. ante nupt. Nov. 117. c. 3. Jaſon. ad Auth. qvod cum locum de collat. n. 7.* An vero pater teneatur dotare divitem, & qvæ ipſa bona adventitia posſidet? putant qvidam non teneri, inter qvos etiam eſt *Schneidevv. ad §. 29. J. de Act. n. 87. Arumæus d. diſp. th. 7. lit. a. Bart. in l. 22. ff ad Sc. Trebell Fachin. lib. 10. c. 38. Merend. Controv. lib. 3. c. 14. & alii*, qvos recenſet *Obrecht. d. diſp th. 73.* verum, qvod tamen ſalva tantorum Doctorum autoritate dixerim, rectius ſtatui puto, patrem ob generalitatem textuum teneri, qui nullam inter pauperem & divitem filiam diſtinctionem faciunt, legibus autem non diſtingventibus nec noſtrum eſt diſtingvere *per vulg.* Et nimium qvantum incredibile eſt, nec ulla æqvitas admittit, ut ea in perniciem & detrimentum filiarum trahantur, quæ mater & alii in gratiam earum reliqverunt teſtante *Gviberto c 3. n. 13. in fin.* unde etiam eſt, qvod in *l. fin. C. de dot. prom.* dicitur, ſi pater dotat filiam, licet ipſa posſit de bonis propriis habere, tamen præſumatur de ſuo dotare. *Conſtant. Roger. d. l. n. 4.* Qvamvis enim pater dixerit, ex alienis rebus, vel maternis, vel etiam aliis dotem ſe dedisſe, non tamen præſumitur, niſi penitus inopia tentus, ex aliis, ſed ſuis dedisſe *d. l. fin.* Et ita etiam ſentit *Jaſon ad l. 1. ſol. matrim. n. 23. Jacob Butrig. & Odofr. Tr. de reſtit. dot. n. 3. Mynſ. 5. obſ. 22. n. 2. & 3. Treutl. vol. 2. diſp. 7. th. 2 lit. c. Hunn. ad Tr. d. l. Corvin ſup. C. tit. de J. dot. & dot. prom.* Secus in aliis dotantibus, qvi de puellæ bonis omnino dotasſe cenſentur, niſi dos data excedat patrimonium puellæ, nam eo excesſu cenſentur de ſuo dedisſe. *Bald. Novell. d. tr. p. 6. priv. 3. n. 3. & priv. 6. n. 1. Diff. Joh. Campez. de dote quæſt 35. n. 4.* Aliter ſe res habet 1. In filia Naturali, qvam pater de Jure civili dotare cogi neqvit *l. 41. §. 11. ff. de leg. 3.* Et ita etiam ſentit *Grib. d. c. 3 n. 9. Arumæus d. diſp. th. 7. lit. c. Obrecht. d. d ſp. th. 91 & ſeqq Sichardus in C. tit. de dot. prom. n. 33. Bennem. d. l. th. 7 Corvin. d. l.* qvamvis alij diſtinguant, qvod tunc non teneatur dotare, ſi illi malit ſingulis annis alimenta præſtare; Si vero hoc nolit tunc ad condignam qvantitatem ex qva posſit alimentari, dotem conſtituendam dicunt uti *ex Bald.* tradit *Schneidew. ad d. §. n. 90.* Verum moderatè dotandam filiam naturalem æqvitati convenientius eſſe

putat

putat *Gail.2 obs.88* unde non placet qvod *Bocer. d. c. 8. de donat. n 22.* dicit sanctione Canonicâ patrem juberi dotare spuriam *per c cum haberet X. de eo qui duxit in matrim.* qvod tamen de alimentis necessariis intelligendum puto. Limitatur 2. in filia Emancipata qvoad jus vetus, *arg. l. 19. de rit. nupt. l. 44. de J. dot. l. 51. ff eod.* Extraneus enim extraneam non tenetur dotare, atqvi patriâ potestate per emancipationem solutâ emancipata pro extranea habetur *§. 3. J. de her. qual. Arumaeu d. l. Diff. Jacob. Butrigar. d. l. n. 2. Bocer. d. c 8. n. 14. Odofred. d. tr. n. 1. & 4.* Limitatur 3. post *l. 10. C. de Adopt.* in adoptiva, qvam nec adoptivus dotare tenetur, cum nec aliqvid relinqvere necesse habeat. Limitatur 4. qvoad hæreticam *l. 19. C. d. hæret. Nov. 115. c. 3 §. si qvis Nov. 109. c. 1.* si nimirum pater Orthodoxus, sin vero & ipse hæreticus filiam orthodoxam dotare tenebitur *d. l. 19.* 5. Nec filiam ante XXV. ætatis annum turpiter viventem pater dotare compelletur, cum enim talis exhæredari multo magis dote privari potest. *l. 19. C. de inoff. test. Nov. 115. c. 3 §. 11. Arumaeu d. l.* Exceptio tamen est hoc in casu, si. 1. pœnitentiam filia egerit, ob rationem *l. 23. C. de Nupt.* Si 2. post XXV. ætatis annum turpiter vivat, eamqve post illud tempus pater maritare distulerit. *Schneidew. ad d. §. J. n. 88.* Multominus verò 6. filiam ingratam dotare condemnabitur; Ingratitudo enim naturæ debitum tollit, unde ob ingratitudinem exhæredatio valet, persona enim patris semper honesta & sancta liberis videri debet; Hoc tamen intelligendum de ingratitudine ante dotationem, nam post dotationem ob ingratitudinem pater dotem revocare neqvit, uti *Beust. ex Jasone d. l* refert. Nec tandem 7. pater ita obrutus ære alieno, ut ejus opes totæ fermè exhauriantur, ad dotem conferendam obstringitur, & quamvis constituta jam dos, nihilominus tamen, utpote in fraudem creditorum facta hæc constitutio, nullius est momenti. *l. 10. §. 4. quæ in fr. cred. Job 3. Camp. d tr. p. 1. q. 14.*

VII. Ex jure singulari secundum qvid tenentur: 1. Avus paternus *d. l. 6. de collat. d. l. 19. de rit. nupt.* adeò, ut superstite adhuc filio, inope tamen, avus teneatur dotare neptem *l. ult. §. utramq;. C. de dot. promiss.* ubi: qvod officium paternum sit dotare progeniem, sub progenie autem & nepotes & pronepotes continentur

l. ult.

l ult. C. de Emanc. lib. Bald. Novell. d. tr. p 6. priv. 16. n. 3. Campez d. l. q. 18. Non autem affirmare hoc ausim de avo, si pater ipse dives sit, nisi forte ex libero arbitrio id faciat, sed & eo casu non profectitia, sed adventitia dos foret. *l. 45. sol. matr.* Contrarium obtinet de J. Saxon. secundum quod, cum nuptiæ dissolvant patriam potestatem, avus neptem dotare non tenetur. *Novell. Elect. p. 2. const. 10. Berlich. 2. concl. 11. n. 28 & seqq.* Non diversa II. ab avo est Fratris conditio, qvi & inopem sororem dotare tenetur, qvod tamen 1. non de omni sorore intelligendum, sed tantum de consanguinea *l. 12. §. 3. ff de administr. tut.* 2. tunc demum, si nemo sit, qui pro ea dotem constituat vel promittat. Hinc si pater ordinavit certam portionem in testamento, ex qva filia dotanda, filiusqve in illo testamento hæres institutus solutionem distulerit, interim eam alere tenetur, nec illa alimenta postmodum in dotem imputare potest *l. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. Schneidew. ad d. §. n. 94.* Jubet annectere quod Dd. hic quærunt: An filius teneatur dotare matrem ad secunda vota transeuntem? Cujus Affirmativam tenet *Obrecht. d. disp. th. 108. & seqq. Arum. d. disp. th. 8. Bach. ad Tr. Vol. 2. disp. 7. th. 3. lit. e.* Verum negantium opinionem tanqvam veriorem, & juri civili convenientiorem apprehendo, cum non solum superstitibus liberis, sed marito etiam defuncto injuriam talis facere videatur *Nov. 22. c. 40. vers. nos autem.* Et qvod incontinentiæ signum sit tædas priores secundis nuptiis funestare: Nec solum res filiorum, sed etiam vitam novis maritis, uti Imp. in *l. 22. §. servi vers. lex enim. C. de admin. tut. & cur.* addicere videntur, qvinimo est expr. text. in *l. 13. §. 2. ff. de adm. & peric. tut.* ubi interdicitur tutori matri pupilli nuptiale munus mittere jung. *l. 13. C. de J. dot.* qvod si itaqve ne nuptiale munus mittere tenetur tutor pupilli nomine, multò minus dotem constituere filius adigetur: qvam sententiam etiam fovent *Beust. d. tr. p. 3. c 4. Treutl. d d. 7. lit. E. Campez d tr. p. 1 q. 21. Constant. Roger. d. rubr. n. 16. Schneidew. d. l. n. 93.* Si vero matre secundo nubente filij honor potius conservaretur, tunc omnino dotare posset, præsertim si dives sit filius, & mater adhuc juvenis & pulchra, ne ad meretricium inducatur. *Bald. Novell. d. p. 6. priv. 16. n. 5.* Id tamen pietate potius du-

ctus, qvam necessitate compulsus facere poterit. Nec ab hoc onere III. relevata est Mater, qvæ non qvidem regulariter, interdum tamen, ex justa & probabili legibusqve expressa causa filiam dotare cogitur. *l.14.C.de Jur.dot.Dn Carpz. de Jur.fem.sing. decad.5.pos.1.n.14.* Exemplum est in *d.l.19.C. de hæret.* justa vero causa patris inopia videtur *Rip. ad l.1 sol matrim. n.79. Dn Carpz. d l.n.15.* Deniqve Tutores & curatores pro ratione facultatum dignitateqve puellarum & maritorum dotem constituunt. *l. 60. de J.dot.l.69 §.5.eod.l.28.C.de Ep sc. aud.l.9.C.de admin. tut.* Hoc discrimen inter hos & ante enumeratos est qvod hi aliena, illi vero suo nomine teneantur. Et sciendum si maritus malit pecuniam, qvam rem dotalem accipere qvod hoc fieri debeat decreto judicis *l.61 §.1 & Godofr. ad l 8. C de præd. min*

IIX. Superest ut de iis, qui nullo jure tenentur, dicamus, & hi quidem ultro dotem constituunt, estqve in arbitrio illorum positum *l.un.§ 13. C.de rei ux. act.* Promittendo tamen omnes indistinctim obligantur. *l. 41 de J.dot.* ita ut fœminæ promittentes vel constituentes dotem beneficio Sc ti Vellei. non adjuventur *l 11.l.ult C de Sc. Vellei.Sichard.ad C.tit.de dot. prom.n.28.* quia videntur fecisse intuitu pietatis *Zoes tit ff de Sc.Vellei.n. 12.*

IX. Subjicimus post personas, materiam dotis; Et sunt omnes res quæ in commercio sunt tàm soli, quàm mobiles *l.30. C. de J.dot.l.42.ff.eod.l.un §.7.C.de rei ux.act.* tàm corporales, quàm incorporales. *l. 13. §. 10. ff de hæred. pet.l.7.§.2 de J.dot.l.66.eod.l. 6.C.de usufr.* Nomina etiam *l.2.C de O.& A.* quæritur hic: An, non extantibus bonis hæreditariis, dos ex feudalibus constitui possit? Aff. *Dn Carpz.d.tr.dec.5.pos 1 n.19.& seqq.* Quidam distinguunt; inter feuda, quæ etiam fœminis conceduntur, & hæc si mulier possideat, posse loco dotis dare, & inter feuda, quæ solis maribus conceduntur, qvæ regulariter non posse tradi dotis loco dicunt nisi in quibusdam casibus, qvos videre licet ap. *Menoch. præs lib. 4 præs.189.Dn.Hahn.ad Wes.tit.de J dot.n.3.* Qvamvis ex feudo, si alia bona non adsint *c.1 § donare. qual. ol.feud.alien.* constituendam dotem receptum esse dicat *Bach.ad Tr.d. disp. 7.th.4.lit.a.* Et in his terris Saxonicis introductum est, ut qvoties pater nobilis

dece-

decedit non relictis bonis hæreditariis, ex quibus filia commodè pro statu & dignitate personæ suæ dotari possit, fratres isto casu teneantur dotare sorores ex bonis feudalibus. *sent. post Landr. alleg. à Schneidew. d. l. n.* 97. qvi etiam ad extraneos feudi successores extendit, relinqvendum tamen hoc esse arbitrio judicis seu Domini istius feudi putat, cui subscribit *Dn. Carpz. d. l. n.* 29. 30. *&* 31. An vero omnia bona in dotem liceat dare, qvæstionis est? Aff. *l.* 4. *C. de J. dot. l.* 72. *ff. eod.* sine conventione tamen non censentur in dotem data *Wes. π. ff. de J. dot. n.* 3. *in fin.* Et velut ex inofficiosa donatione possunt revocari. *Id. ad tit. C. eod.* Qvod si plures sint filiæ, ita dotandam unam puto, ne per hoc filiæ nondum elocatæ ratione suarum portionum lædantur *Beust. d. tr.* cum favor contra favorem non sit ampliandus *Bach. in Not. ad Tr. Vol.* 1 *d.* 16 *§.* 2. *& Azo in summ. C. tit. de LL. n.* 15. qvod fieret si uni filiarum conferretur tota bonorum substantia loco dotis. Nec præsumuntur omnia bona in dotem data, qvamvis mulier patiatur omnibus bonis suis uti frui, cum facti sit & probari debeat, qvod eo animo permiserit omnium bonorum usumfructum, ut sint dotis loco. *Treutl. d. disp. th.* 4. *lit.* E. *Obrecht. d. disp. th.* 227. *& seq. Gall.* 2. *obs.* 81. *Sichard. l.* 4. *C. de J. dot. Hotom. disp. de dot. c.* 4. *n.* 35. *Bocerus d. c.* 8. *n.* 39. Qvo casu distinguendum tamen est, aut in certis rebus dos consistit & reliqva bona omnia sunt paraphernalia, aut nulla omnino dos est constituta & tunc præsumuntur potius esse paraphernalia *l.* 8. C. *de pact. conv.* qvamvis Bartolus *ad l. constante. ff. sol. matrim. n.* 78. omnia bona in dotem data videri dicat, recte refutatus *à Bachovio ad Tr. d. l. lit.* E. qvi constitutionem dotis in specie necessario reqvirit, simulqve usum hujus qvæstionis ostendit, qui tamen *Idem ad Wes. de J. dot. in fin.* sibi ipsi contrariatur, dicens, statuendum potius esse omnia bona in dotem data, quam uxorem esse in dotatam. vid. plura ap. J*acob. Schultes. quæst. Pract.* 46. *n.* 10. Res alienas non licere dare dotis nomine constat ex *l.* 13. *C. de dot. prom. l.* 3. *C. de præscript. longi temp. l.* 4. *l.* 34. *ff. de* J. *dot. l.* 67. *eod.* de re aliena in dotem data & evicta infra videbimus *th.* 21. hactenus de materia, nunc de modo promittendi & constituendi.

X. Idqve fit vel inter vivos, vel Testamento; Testamentum qvidem vel ultima voluntate *l.48. §. 1. de J. dot. l. 76. in pr. eod. l. 71. §. 3. de cond. & demonstr. l. 4. ubi pupill. educ.* Et valet hæc promissio, si à patre mulieris, vel alio qvocunqve facta est, secus si ab ipsa muliere facta. *d. l. 76. in fin* obiationem ibi appositam, qvia scil. dos non est, nisi matrimonii oneribus inserviat. Exemplum talis promissionis est in *l. 29. de J. dot.* sciendum etiam est, qvod si pater simpliciter aliqvid testamento reliqverit filiæ, intelligatur & præsumatur dotis nomine reliqvisse. *Menoch. lib. 4. præs. 189. n. 4.* Et notandum, si in testamento inter alia legata dos fuerit relicta, & in codicillis postea clausula diminutiva legatorum in testamento factorum adjecta, qvod talis diminutio non referatur ad legatum dotis *arg. l. 18. §. 3. de alim. leg.* qvæ qvidem lex de alimentis loqvitur sed ob favorem ad legatum dotis rectè extenditur testante *Bartol. in l. 14. de alim. leg.*

XI. Gressum nunc facimus ad dotem, quæ inter vivos promittitur. Et 1. qvidem stipulatione *l. 63 ff. de J. dot. l. 2. & seqq eod.* qvamvis non solenniter interveniat, præsumitur tamen intervenisse *l. un. pr. C. de rei ux. act. l. 6. C. de dot. prom Sichard. in rubr. C. de dot. prom.* Hæcqve stipulatio hanc in se conditionem habet si nuptiæ secutæ fuerint *d. l. 21.* Nec necesse est eam exprimere, uti nec matrimonii adjectio est necessaria, matrimonium enim sine dote consistere potest, sed dos absqve matrimonio nullatenus *l. 3. eod Jacob. Butrig. tr de dot. n. 14. Odofr. n. 14. & seq. Dn. D. Richter. d. tr. de Reg. jur. reg. 91. n. 6. & seq.* Promittitur 2. Nuda pollicitatione *d. l. 6. C. de dot. prom. Cujac. π. C. eod. Azo in summ. C. ibid. n. 3.* 3. Promittitur nudo pacto, qvod qvidem de jure civili non est efficax ad actionem producendam l. 7. §. 4. *de pact.* speciale tamen est in dote *l. 6. C. de dot. prom.* dum lex assistit & confirmat illud, ut ita ex nudo fiat legitimum, & vestitum voluntate & dispositione legis. *Sichard. in rubr. C. de dot. prom. n. 8. & 9. Const. Roger. d. tr. de constit dot. gener. n 3. Theophil. in Paraphrasi Inst. §. fuerat. de Act.* Nec refert qvis promiserit, sive pater sive extraneus.

XII. Incerta dotis promissio an valeat, disqvirunt Dd? mihi arridet opinio *VVes. π. ff. de J. dot. n. 5. distinguentis*: An scil in ar-

bitrium

bitrium alicujus dotis promissio relata, an sine arbitrii mentione; Priori casu tenere promissionem, qvod arbitrium boni viri certum sit *l.3.C.de dot. prom.* Altero casu subdistinguit *VVesenb.* an pater, qvi pro modo facultatum, ad qvantitatem legitimæ & congruæ alimentationis, proqve mariti dignitate filiam dotare debet, promiserit, an extraneus, patrem qvidem teneri ad id ait, extraneum vero, quamvis teneatur minimum tamen dando liberari *Conf. Obrecht. Zoës. tit. de J. dot. n. 3. Diss. Bronch. c. 3. ass. 10. Guibert. d.l.c.4. n.5. Arum. d l.th. 13. Bach. ad VVes. d. l.* ad cujus rationes respondet *Dn. Hahn. ibid.* Nec mulieris etiam incertam dotis promissionem valere dicit *Obrecht. d. l th 204.* verum, qvod & hæc indefinitè promittens teneatur æqvius est, & probatur *per l. 60. de J. dot. & arg. l. 43. de leg 3.* Neqve enim maritus decipi debet *Bach. ad Tr. d. disp. th. 4. lit. d. Bronch. d. l.* Simpliciter itaqve & indefinitè factâ dotis promissione à patre solutio est facienda ex bonis paternis; sin vero ita promiserit ex bonis paternis, maternis & adventitiis dotem promitto me daturum, si qvidem inopiâ laboret ex illis bonis facienda, qvæ pertinent ad filias, si verò idoneam substantiam possideat de suo promisisse intelligitur. *l. ult. C. de dot prom.* Secus est in alio dotem promittente. *Azo in summ. C. de dot. prom. n. 6.* ubi exemplum de Avia ponit, quod ea, quæ impendit, de patrimonio potius neptis videatur impendisse *l. 34. de Neg. Gest.* quod idem etiam obtinet in tutore *l. 34. §. 1. de admin. tut.*

XIII. Si nihil omnino promissum & mulier absq; dote matrimonium contraxerit, qværitur: An postea possit petere dotem sibi constitui à patre vel alio, qvi alias teneretur? Affirmant pleriq; ob *l. ult. C. ad Sc. Vellej.* ne scil. à marito contemnatur, maximè si consenserit pater in nuptias, æqvitas enim hoc svadet *Menoch. l. b. 4. præs. 189. n. 56. qvi ibid. n. 73.* ad duo patrem teneri inqvit ut filiam matrimonio collocet & dotem constituat. *l. 19. de rit. nupt.* Si vero filia contraxerit absq; dote matrimonium ab uno pater relevatus est onere, ad alterum ergo adhuc tenetur, præcipuè cum dos non solum ad maritandam filiam sit necessaria sed etiam ad sustinenda matrimonii onera, & licet una causa deficiat, non tamen propterea deficit altera *Perez. C. tit. de*

dot. prom. n. 10. Non obst. qvod *Obrecht. d. d. ʃ. th.* 229. dicit. Non enim respicimus hic an consistere, sed an bene consistere possit: Eam qvippe ob causam dotis constitutio adhuc est necessaria, ut scil. matrimonii onera eò tolerabiliora sint: Notandum hic, qvod muliere defunctâ, si pater nullam omnino dotem promisit, nulla etiam peti possit à Genero. *Carpz. ill. Sax. decis.* 16. Et qvia matrimonium etiam absq; dote consistere potest, propterea licet maritus dotem promissam non conseqvatur, matrimonium tamen nihilominus firmum manet, non enim matrimonium est propter dotem, sed dos propter matrimonium *l. ult. C. de don. ante nupt.* Et propterea nulla est qvorundam ex *Nov.* 22. *c.* 3. dubitatio: An ob dotem promissam non solutam mulier possit domo expelli aut repudiari? Neq; enim dotis constitutio vel solutio est de substantia matrimonii, nec deficit hic causa finalis, sed tantum impulsiva, causa impulsiva autem qvamvis deficiente non tamen deficit ipse contractus sive actus *Gl. in l. 1. verb. causam. de postul. VVes. tit. de rit. nupt. n. 7. in med. vers. ac nota est regula.* Vid. etiam *Matth. Stephani ad d. Nov.* 22. *n.* 63. Et hactenus de modis promittendi.

XIV. Modus constituendi dotem est traditio, qvæ vel vera, vel ficta, vel æqvipollens, ut eruditè distingvit *Dn. Hahn. ad VVes. tit. de J. dot. n. 6. verb. oriatur actio bonæ fid.* Vera traditione constituitur dos, qvando res dotalis de manu dotantis, vel mulieris, in manum mariti, vel ejus nomine alii, dum tamen maritus ratum postea habeat, alias periculum ad mulierem spectabit, transfertur *l. 46. pr. vers. traditione ff. de J. dot.* Fictâ vel quasi traditione dos constituitur dupliciter. 1. Cautione qvæ *arg. l. 3. §. 2. ff. de act. Emt. & l ult. ff. de servit.* pro traditione est, qvo tamen modò, dos non tàm propriè constituitur qvàm securus redditur maritus de usu rei, qvæ dote constituta est. *Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 7. th. 5. lit. C.* 2. Patientiâ *l. 3. pr. ff. de usufr. Id. ibid.* Æqvipollenti traditione constituitur qvatuor modis. 1. Acceptilatione, cum sponso id, qvod debet acceptum fertur. *l. 41. §. 2. l. 43. pr. & §. 1. de J. dot.* sub hâc conditione si nuptiæ seqvantur *d. l.* 43. Nec refert ante vel post matrimonium fiat, ante

enim

enim facta subsistit & nuptiis secutis effectum sortitur *d. l. 43.* Nec interest an extraneus acceptum ferat, nam non secutis nuptiis acceptum ferenti non præjudicatur, nisi fortean acceptum tulerit, ut velit mulieri in totum donatum, tunc enim credendum brevi manu acceptum à muliere: Nuptiis autem secutis si accepto lata est obligatio pura, soluto matrimonio non ipsa, sed dos secundum sua tempora erit restituendi, sin obligatio in diem aut conditionalis, & extante matrimonio venit dies vel extiterit conditio, idem erit, si vero dies non venerit nec conditio extiterit, restituenda est in pristinum statum obligatio. *d. l. 43. §. 1.* 2. Delegatione; Cum mulier vice suâ alium reum seu debitorem dat & efficit ut reus debitor marito tantum dotis nomine det, qvantum debet. *l. 41 §. 3. l. 33. & l. 83. de J. dot. l. 41. sol. matrim.* unde sibi imputet maritus, si debitorem, qvem potuit non urserit ad solutionem, cum erat solvendo, & sic rem sui periculi facit, si debitor bonis lapsus, minus solvendo extiterit *l. 49. in pr. sol. matr. Gvibert. d. tr c. 4. n. 2.* Notandum tamen, si mulier delegat debitorem suum ante nuptias, qvod non possit convenire nisi nuptiis secutis, qvia promissio ea tunc in pendenti est, & suspenditur donec obligatio sit in ea causa. *l. 83. de J. dot. l. 14. de Novat.* 3. Cessione *l. 2. C. de O. & A.* qvi modus alias est generalis qvamcunq; rem in alium transferendi. *Bach. ad Tr. d. l.* 4. Nuda & simplici debiti remissione, qvando mulier cum debitore matrimonium contrahens dotis nomine omne id, qvod debet, ei remittit, vel eam summam pecuniæ qvam ex mutuo ipsi debet, dotis nomine dat. *l. 77. de J. dot. l. 58. §. 1. & seq. eod.* Non solum autem expressè sed etiam tacitè dos constituitur.

XV. Unde qværunt JCti: An si mulier ad secunda vota transeat, prioris matrimonii dos secundo marito data censeatur eadem qvantitate? Et indistinctè qvidam affirmant, si nimirum divortio facto, aut marito defuncto alii nubat mulier, neq; certam dotem constituat, qvod tunc omnia, qvæ in prioris matrimonii dote fuerunt secundo marito in dotem dedisse censeatur. *Rol. à Valle Tr. de dote. q. 75. n. 1. & 2.* Verum alii rectius distingvunt:

gvunt: aut extant ex priori matrimonio liberi, aut non extant, si extant, tunc alter maritus non plus censetur accipere, qvam unus ex liberis prioris matrimonii accipere potest *l. 6. pr. C. de secund. Nupt. l. 19. in fin. C. de don. ante nupt.* Secus si nulli extent liberi *Obrecht. d. d. sp. th. 223. & seqq. Tr. d. disp. th. 5. lit. b. Jacob. Schultes. qvæst. pract. 46. n. 10. & seqq.*

XVI. Non solum cognatos, sed etiam extraneos promittendo omnes indistinctè obligari per *l. 41. ff. de J. dot. l. un. §. 13. C. de rei ux. act.* constat ex *thes.* 8. cum jam illi, qvi promiserunt vel constituerunt dotem, vel recusent postmodum vel cessent solvere (secus si à traditione dos incipiat) potest maritus eum vel eos, qvi recusant vel cessant, convenire, dotemq; actione ex stipulatu petere. Qvæ actio, qvamvis ex se & sui natura sit stricti juris, fecit tamen eam Imperator bonæ fidei, cum in locum actionis rei uxoriæ surrogata fuerit, qvæ olim etiam fuit bonæ fidei *§. 29. J. de act. l. un. §. 1. & 2. C. de rei ux. act.* Huic assertioni adstipulantur veteres pleriq;, inter qvos etiam est *Jas. ad l. 5. sol. matr. n. 9. & seqq. Campeg. p. 2. q. 1. per tot. Treutl. d. disp. 7. th. 8. lit. a. VVesemb. π. ff. de J. dot. n. 6. Dus Bach. ad Tr. d. l. & Hahn. ad VVes. d. l.* qvi *d. §. 29. J. de act.* non de actione pro petenda, sed pro repetenda dote intelligunt, & qvod hæc qvidem sit bonæ fidei, illa vero stricti juris, in qva opinione etiam est *Bocerus tr. de donat. d. c. 8. n. 46.* Competit autem hæc actio sive utilis sive inutilis stipulatio præcesserit *l. 6. C. de dot. prom.* cum hoc casu lex fingat stipulationem, non debet autem esse inutilis stipulatio qvoad consensum, sed qvoad solennitates, sufficit nimirum si qvalitercunq; consentiant. *Azo in summ. Cod. de rei ux. act. n. 1. vers. cave tamen.* Datur hæc actio contra eum, vel eam, qvi qvæve promisit dotem, sive animo donandi faciat, sive pro se, sive pro alio, sive sciat, sive putet se teneri, datur enim dos pietatis intuitu, ex qva solutum repeti neqvit *l. 9. §. 1. de cond. caus. dat. l. 32. §. 2. de cond. indeb.* Unde etiam ex singulari dotium favore Imperator constituit, ut bona promittentis marito tacitè essent obligata *d. l. un. §. 1. & d. §. 29. VVes. Treutl. d. l.* Et si mora committitur in dotis promissæ solutione ab hoc

tempore

tempore usuræ peti possunt. *Dn.D.Richt.d.tr.reg.91.n.9.* qvod præjudicio confirmat; Incidit hic qvæstio: An socer conventus habeat beneficium ejus qvod facere potest? in qva deprehenduntur leges, qvæ primo intuitu sibi contrariæ videntur, Paulus enim JCtus in *l 17.sol.matr.* (ubi prius *in l.15.§.ult.& l. seq.* de uxoris socero egit, ipsiqve hoc privilegium attribuit) ex Neratio affirmat, qvi tamen ex eodem Neratio *l.21.de re jud.* hoc postea negat, qvorum responsorum distinctæ extant conciliationes, mihi placet Accursii *ex d.l.21.* distinctio, qvam confirmat etiam *l.pen.de J.dot.* & ratio distinctionis desumi potest *ex l.3.§.1. ff.de postul.* Alii aliter explicant. *Camp.p.3.q 250 n.2. Bronch.c.3.ass. 16. Arum.d disp.th.ult.* ad quorum argumenta respondet *Nicol. de Passer.leg.concil.p.m.*415. aliorum etiam opiniones afferens.

XVII. Dote jam traditâ maritus legis autoritate est Dominus. *Coras.5.Miscell.c.14.* rationem hujus desumit cum aliis ex *l 30. C.de J.dot.* qvod scil.inspecto initio, & quoad exercitium actionum administrationemqve bonorum fictione juris maritus constante matrimonio sit Dominus *l.21 §.4.ad municip.* Mulier verò inspecto effectu & exitu, qvoniam soluto matrimonio plerumq; ad eam dos redire soleat, jure naturali censeatur domina dotis. *l.11.C.de J dot.l.20.eod.l.3.§.5.de min.l.75.de J.dot.Perez. C. de J.dot. n.1.& 2. Guib.c.5.n.1.& seqq. Bronch.c.3.ass.12.Borch.adpr. J.qvib. alien. non lic. Arum.d.disp.th.11.per tot.Dn.Hahn.ad Wes.de J.dot. n.7.& Bach. ibid. Rennem. Jpr. Rom-Germ. memb. 2. disp.53.th.32. Diss VVes. d.l.cui rectè contradicunt Bach.& Hahn.ibid.*

XIIX. Universale autem non singulare, uti quibusdam videtur illud Dominii jus est, quod maritus in dote habet *Bartol. VVes.tr.ff.de hær.pet.n.5.* Cum verò universitas triplex sit, juris, facti, & mixta ad ultimam cum *Guib. d.tr.c.2.n.5.* referimus. Probatur *Bart.& VVes.* sententia 1 *.l.1.§.4.de dot.præleg.2.arg.l.20.§.3. ff.de pet.hær.junct l.31.§.fin.ff.sol.matrim.& l.8.C.de J.dot.* fructus enim dotem augent. Et ita mecum sentit *Camp.d.tr.p.1.q.4. Guib.d.l.Hahn.ad VVes.d.l.* Nec obstat, qvod *Bach.ibid.* dicit, qvod non jus sit, cum possit tradi, nec universale, cum res singularis etiam possit dari, nam, uti respondet *Dn.Hahn.ibid.* inspectâ dotis

 con-

constitutione res singulares qvidem in dotem dantur, denominatio autem juris universalis non desumitur ab objecto, sed ab effectu & utilitate, jus autem ratione illius effectus post traditionem secuti recte dicitur universale, ut proinde rectè cum *Bartolo* definiatur, qvod sit: Jus universale marito in re dotali constante matrimonio pro oneribus ejusdem constitutum. *Diff. Phanc. de Phanuciis tr. de dotis lucro in rubr. n. 13. Bach. ad Tr. d. d-sp. 16. 11 lit. b.* Et ita sicut in aliis universalibus, ita etiam in dote de ratione juris admittitur libellus generalis. *Gwib. d. l. per l. ult. C. de sentent. quæ sine certa qvant. Bartol. Camp. d. l. Habn. tit. de Edendo n. 4 verb. neq; generalem. D. ff. Phanc de Phanuc d. tr. in rubr. n. 28. Bach. ad Tr. d. l.* catenus admittit quatenus à marito soluto matrimonio repetitur. diximus hactenus qvod maritus sit dominus dotis, nunc restrictum ejus dominium in aliquibus ostendemus.

XIX Scilicet, licet maritus constante matrimonio sit dominus dotis, & fructus lucretur, proqve arbitrio uti frui possit *l. 7. ff. de J. dot. l. 20. C. eod.* Hoc tamen non procedit in iis proventibus, qvi nunquam renascuntur, qvos non lucratur express. text. in *l. 7. §. 13. sol. matrim.* Et licet usumfructum pecuniæ inde redactæ habeat, soluto tamen matrimonio summam illam uxori restituere tenetur. *VVes d. l. n. 7. & seqq. Bach. ibid.*

XX. Cum etiam Dominii effectus videatur esse alienatio *l. 71. de R. J.* tamen & hoc ita L. Julia restrictum est, ut non liceat marito rem inæstimatam & immobilem alienare *l. un. §. 15. C. de re. uxor. act.* æstimatam enim qvo minus alienet nihil obstat, prædium siqvidem an pecuniam soluto matrimonio pro eo mulier accipiat nihil interest *Pardulph. Pratei. ad L. Jul. de fund. dotal. in med. vers. sexus igitur.* Nec alienatio substantiale est Dominii, sed tantum accidens, qvod re salva abesse potest, exemplum est in Emphyteuta & Vasallo. *Habn ad VVes. de fund. dotali n. 7. Per ez. C. de J dot. n. 2.* nec consentiente qvidem muliere alienare potest *d. l un § 15 Azo summ. C. de fund. dotal. n. 11.* Jure Pontificio tamen valere hæc alienatio censetur, si juramentum, nisi vi & metu extortum sit intervenerit. *c. cum contingat 28. de jurejur. Schneidew. ad tit. J. quib. al. l. c. vel non. n. 4.* Rem mobilem autem maritus

licitè

licitè alienat *arg. l. fin. C. de serv. pign. dat. l. 3. §. 2 ff. de fun. & leg. tar. l. 3. C. de J. dot.* alioqvi enim Lex Julia pro nihilo scripta esset, de fundo dotali, si idem esset in mobili, qvia qvod in uno vetatur in altero videtur permissum *arg. l. 12. ff. de judic. Azo d. l. n. ult. Bald. Novell. d. tr. p. 3. privil. 1, n. 4. Camp. p 4. q. 9. per tot. Guib. c. 5. n. 14. & 15. Bach. & Hahn ad VVes. de fund. dot. n. 4. d. ff. VVes. ibid.* putans res mobiles, qvæ servando servari possunt non posse maritum alienare. quod vero hactenus diximus, maritum non posse alienare, id de alienatione voluntaria intelligendum, non de necessaria *l. 1 ff. de fund. dot. VVes. d. tit. Diss Treutl. d. disp. th. 9. lit. c.* qvid si enim æs alienum uxoris (non mariti *t. t. C. ne uxor pro marito*) alio modo explicari nequeat, qvam prædiorum venditione, tunc causa cognita judex potestatem alienandi facere potest. *VVes. d. l. Hotom. disp. de dote. Azo. C. de fund. dot. n. 8. & 9. Campez. d p. 4. q. 38. Pard. Pratejus d. tr. vers. certis tamen ex causis.* plures hujus assertionis restrictiones, vel ut ipse loqvi amat fallentias habet *Bald. Novell. d. tr. p. 7 priv. 1. n. 2. 6. & seqq. usq. 23.* An vero sicut non alienari ita nec oppignorari potest res dotalis? Neqve pro marito, neqve pro alio res suas bona vè dotalia efficaciter pignori dare posse facit Sc. Vellei. Exceptiones tamen hac in re sunt, 1. Nisi quædam calliditas & fraus appareat, deceptis enim non decipientibus SCto succurritur *d l. 5. l. 18. C. eod* 2. Nisi in ipsius mulieris utilitatem versam fuisse pecuniam probari posit. *Auth si qva mulier C. ad Sc. Vellei. Bolfras. tr. de pign. & hyp. th. 24.* Aut 3. huic beneficio renunciaverit *l ult. §. 4. ad Sc. Vell. arg. l. 55. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. l. 69. de R. J.* Sufficit autem pro extraneo etiam extrajudicialis renunciatio, vid. plura ap. *Dn. Carpz. d. tr. de Jur. fœm. dec. 4. pos. 2. n. 29. Treutl. Vol. 1. disp. 25. th 4. lit. F. in med.* Si vero pro marito non prodest, nisi probetur in utilitatem mulieris versam pecuniam. Nov. 134. c. 8 aut edocta de suo privilegio specialiter renunciaverit. *Hahn d. l.* Maximè 4. si huic renunciationi & oppignorationi juramentum accedat. *Dn Carpz. d. l. pos. 4. n. 2.* Est enim contractus per se validus jure communi, qui si confirmatus sit juramento nullo remedio, qvod personæ ex jure singulari concessum est, rescindi potest, probante id. *Auth. Sacramenta pu-*

 tapu-

ta puberum C. si adv. vend. Bacb. ad Tr. Vol. 1. disp. 21. th. 2. lit. b. Habn ad VVes. tit. de jurej. n. 5. possunt insuper videri *Azo. in summ. C. si adv. vend. n. 4. & de Sc. Vell. n. 4. Bronch. c. 2. ass. 40. Treutl. d. Vol. 1. disp. 25. th. 5. & d. disp. 21. th. 2. lit. b. Bolfras d. tr. th. 24. Gail. 2. obs. 9. Zoes. tit. ff de Sc. Vell. n. 15. & seqq.*

XXI. Re aliena, uti contingere potest, in dotem data & evicta, evictionis periculum ad mulierem pertinet, Et maritus si dos æstimata data, aget ex emto, qvia maritus istius summæ velut pretij debitor existit *l. 16. ff. de J. dot.* si inæstimata, tunc aut præcessit stipulatio aut promissio & aget vir contra promittentem ex stipulatu actione, aut nulla præcessit, & tunc de dolo contra promittentem datur actio. *Azo. C. lib. 5. tit. 12.* Aliter hanc quæstionem decidit *Camp d. tr. p. 2. q. 85.* Ad qvem vero alias periculum dotis pertinere dicemus? puto distinguendum inter res æstimatas & inæstimatas, priori casu omne periculum in maritum transit, *l. 10 ff. de J. dot. l. 42. l. 56. eod. l. 51. sol. matr. Gu b. d. tr. c. 5. n. 12. & seq. VVes. de J dot n. 9.* In inæstimatis videndum an dolo & culpa mariti, nam de dolo & culpa tenetur *l. 17. de J. dot. l. 18. §. 1. l. 24. §. 5. l. 25. §. 1. sol. matrim.* an vero casu fortuito, qvem regulariter nemo præstat perierint *d. l. 18. in fin. l. 10 §. 1. de J. dot.*

XXII. Et qvod hactenus diximus, dotem constante matrimonio in dominio mariti permanere, hoc eatenus verum est, si bene versetur in dote, nam si bona sua profundat, & ad inopiam vergat, periculumq; sit, ne soluto matrimonio ad repetendam dotem mulieri inanis relinqvatur actio, potest eam constante matrimonio repetere. *l. 29. C. de J. dot.* unde est, qvod licet alias seqvestratio regulariter sit prohibita uti probat *Dn. Habn tit. de d. pos. n. 6.* licita tamen sit si maritus dotem profundat *l. 22. §. 8. sol. matrim* qvo remedio etiam uti potest & plura recenset *Dn. Carpz. d. tr. dec. 5. pos. 2. Camp. p. 3. q. 45.* Hodiernis moribus propter inopiam mariti qvi, vel negligentia vel culpa bonis labitur, uxorem exire è manu viri & fieri separationem bonorum inter conjuges, seorsimq; concedi uxori rerum suarum administrationem absqj ulla autoritate viri testatur *Perez. C. tit. de J. dot. n 4.* Fidejussor verò ab invito marito exigi neqvit *l. 1. 2. C. ne*

fidei

fidei dot. dent. ne videatur mulier diffidere marito *Camp. d. tr. p. 3. q.* 177. si tamen volens maritus fidejusſorem det, puto omnino recipiendum, tunc enim mulier non accipit qvasi diffidat, sed qvia ob laudandam viri promtitudinem dotem in tuto magis esse scit, cum multis modis fieri posſit, ut maritus non sit solvendo. *arg. l. 8. §. 4. de fidejusſ. l. 4. §. fin. si qvis caut. Bronch. c. 3. ass.* 13. *Arum. d. d sp. th.* 14. *Disſ. Camp. d. p. 3. q.* 176. *Hotom. d. disp.* attamen ut securior reddatur uxor de dote, solet fieri donatio propter nuptias de qva vid. *Wes. de J. dot. n. 11. in pr. l. 19. l. 20. C. de don. ante nupt.* Hactenus constante matrimonio.

XXIII. Soluto matrimonio videndum ante omnia an pacta doralia intervenerint, his enim intervenientibus (uti hodiè plerumq; intervenire solent. Germ. vocantur Ehe-Stifftungen) qvia legem solent dare dotibus *l. 16. C. de dot. prom. l. 10. C. de pact.* omnino servanda sunt *d. l. 10. & l. 1. C de pact. conv.* modo non sint contra leges *l. 5. h. t.* aut deteriorem conditionem mulieris faciant *l. 14. eod.* de qvibus cum non sit nostri instituti prolixe agere, abrumpimus & lectorem remittimus ad *Beust. d. tr. p. 3. c 3. in fin. Treutl. d. d sp. 7. th. 7. lit. a. & alios.* Si vero talia pacta non adsint, attendendum jus statutarium, si & hoc nihil disponat, decidenda est res ex jure communi *Dn. Hahn. ad tit. sol. matr. m. n.* 3.

XXIV. Solvitur autem matrimonium aut Divortio aut Morte. Olim qvidem mutuâ voluntate *Wes. ff. de divort. n.* 9. Hodiè ex Imp. constitutione non nisi certis ex causis, qvæ expresſæ in *l. 8. C. de repud.* §. 2. Præcipuæ autem sunt secundum Dd. Adulterium, Insidiæ, sævitia intolerabilis, & deniq; malitiosa desertio. Mulier Ergo ob justam causam divortium faciens dotem recuperat, donationem propter nuptias lucratur & post annum licitè nubit. Vir autem ex justa causa divertens dotem retinet, donationem propter nuptias recipit & statim si velit aliam ducere potest. *Azo tit. C. de divort. n. 6. VVes. ff. eod. n.* 10. Qvicunqj vero conjugum absq; justa causa divertit, is dotem & propter nuptias donationem amittit *Azo ibid.* Soluto qvidem per adulterium uxoris matrimonio, uxor adultera dotem & do-

nationem propter nuptias amittit & maritus liberis non extantibus dotem lucratur. *Nov. 117. c. 8. Nec obst. Nov. 134. c. 10.* vide opt. explic. hasce Novell. *Dn. Carpz. Pract. crim p. 2. q. 64. n. 1. & seqq.* ubi variarum explicationes affert. Matrimonio sine dote contracto si mulier adultera alia bona habeat, tunc qvarta pars marito est applicanda. *l. 11. §. 1. C. de repud.* Qvod autem diximus de muliere adultera, idem etiam obtinet in marito *ad locis. Nov. 127. c. ult. Dn. Carpz. d. q. n. 40. & seqq.* Et statim mulieri actio competit. *VVes. ff. sol. matr. n. 3.* An vero hæredes mariti contra viduam ob adulterium vivo adhuc eo commissum ad dotem conseqvendam agere possint, qværitur? Dd. communiter negant & simpliciter hæredes excludunt, qvia actio & exceptio adulterii tendit ad vindicandam injuriam marito illatam *l. 8. §. 5. C. de repud.* injuriarum autem actio nisi præparata ad hæredes non transit *l. 1. §. 1. ff de priv. del. l. 13. l. 15. §. 14. ff. de injur.* Alii distingvunt an vir adhuc in vivis cum esset noverit adulterium & silentio dissimulaverit, & qvod tunc non possint agere hæredes, an vero ignoraverit, qvod tunc possint hæredes objicere, & causa cognita dotem retinere eo qvod defunctus ignorans non dicatur perdidisse jus suum. *Perez. C. sol. matrim. n. 20. & 21.* Multo minus vidua post mortem mariti ob adulterium commissum, dote vel propter nuptias donatione privari potest. *Dn. Carpz. d. p. 2. q. 65. n. 1. & seqq. Bust. p. 3. c 6.* Nec propter osculum mulier dotem amittit. *Fachineus l. 11. Controv. c. 75. Bocerus d. c. 8. n. 66.* Et hæc de matrimonio divortio soluto.

XXV. Jam si matrimonium morte sit solutum, & primo qvidem, si solutum morte mariti, dos ipso jure ab hæredibus repeti potest *t. t. sol. matrim.* Et qvidem si in immobilibus consistat ilico reddenda *l. un. §. 7. C. de rei ux. act.* qvia earum rerum promta est restitutio; si vero in mobilibus post annum *d. l. un.* qvia cum alienari possint, restitutio earum posset esse difficilis *Zoës. tit. sol. matrim.* ubi etiam agit qvando cesset repetitio *n. 18. & seqq.* Alii dicunt in mercatoribus & campsatoribus aliud obtinere & qvod hi teneantur statim restituere, qvibus contradicit *Jason ad §. 29. J. de act. n. 78.* referente *Maranta in spec. p. 4. dist.*

9 n.

9. n. 81. Tria autem hic qværunt: 1. An ab hæredibus mariti moram in restituenda dote committentibus possint usuræ à vidua peti? Affirmantium opinionem, his subnixam fundamentis tanqvam veriorem probo: 1. qvod sit bonæ fidei actio *d. l. un. §. 2.* in qvibus post moram usuræ debentur *l. 32. §. 2. ff. de usur.* 2. per *d. l. un. §. 7. C. de rei ux. act. vers. sin autem.* qvia eadem ratio in hærede mariti post solutum matrimonium morte, qvæ in divortio. *Fachin. lib. 3. contror. c. 101.* 3. per *c. salubriter. de usuris*, sicut enim viro debentur, si dos promissa non solvatur, ita etiam mulieri, qvia dos cessantibus oneribus est sine causa apud hæredes. II. An viduæ præstanda alimenta intra annalis temporis spatium? qvod qvia æqvitati naturali convenit, præcipue si aliud non habeat unde se alat, affirmo cum *VVes. tit. sol. matr. n. 6.* III. An dotis repetitioni hodie compensatio objici possit? Affirm. à *Pac. c. 2. q. 60.* Negativa autem magis menti Imp. *in d. l. un. C. de rei uxo. act.* convenit, ita etiam sentit *Arumæm disp. ad ff. 15. th. 19.* Hæc actio autem est summaria. *Merant. d. disp. 9. n. 173.* & uti pro petenda, ita & hæc pro repetenda dote est bonæ fidei, repetitq; mulier vel sola vel cum patre *l. 2. §. 2. l. 3. l. 22. §. 4. sol. matrim.* competitq; in hæredes mariti *l. 12. l. 18. in pr. sol. matrim.* restituendaq; si inæstimata eadem res in specie, si æstimata, æstimatio ejusdem. *Zoës. tit. dicto.* Et peti potest simul cum legato in testamento relicto, nisi appareat animo compensandi relictum *Zoës. d. l. n. 8.* hactenus de matrimonio soluto morte mariti: Morte autem uxoris soluto, si qvidem dos profectitia fuit ad patrem revertitur. Nisi 1. superstitibus liberis moriatur, tunc enim ap. maritum manet ob rationes ab *Arum. d. disp. th. 9.* allatas *Godofr. l. 6. de J. dot.* Alii distingvunt inter jus vetus & novum *Zoës. d. t. n. 12. Cujac.* Nisi 2. aliud pactum fuerit *l. 12. de pact. dotal.* Adventitia dos apud maritum manet, nisi aliter convenerit. *d. l. un. §. 11. C. de rei ux. act.* Jure Saxon. qvid obtineat hac in parte vid. *ap. Treutl. d. disp. 7. th. 11. Becerum. d. c. 8. n. 61.*

XXVI. Ut autem doti plenius consulatur non solum tacitam hypothecam in bonis mariti legumlatores concesserunt, habet enim omnia mariti bona tacitè obligata, sed præfertur etiam

omnibus

omnibus creditoribus expresſam etiam hypothecam habentibus. *l. fin. C. qvi pot. in pign. Fachin. l b. 3. contr. c. 99.* qvod eleganter probat *Nov. 97. c. 3.* ubi mulier ratione dotis præfertur creditori mutuanti in refectionem ædium, qvi mutuans tamen alias omnibus expresſam hypothecam habentibus præfertur, ſententiæ meæ adſtipulantur *Arum. diſp. ad J. 15. in coroll. Zœſ. tit. qvi pot. in pign. n. 17. Fachin. d. c. 99. & lib. 10. c. 35. Ant. Mer. contr. lib. 3. c. 9. Bicc. Aur. ſect. 4. th. 51. Schot. E. J tit. qvi pot. in pign. Matth. Steph. ad d. Nov. Matthæus comm. in tit. de R. J. l. 68. Bolfras tr. de pign. th 81. Broncb. c. 3. aſ. 9. Mynſ. 4. obſ. 13. hanc in Camera obſervari ait. Dūſ. Rennem. M. 2. diſp. 54. th. 14. Neguſ. de pignor. p. 5. m. 2. n. 23. Godofr. ad d l fin.* qvam in Camera contra Mynſ. obtinere ait *Gail. 2. obſ. 25. n. 10.* & Jure Sax. *p. 1. conſt. 28. §. und nach dieſen/* qvod etiam teſtatur *Berlich. p. 1. concl. 45.* Hoc autem privilegium hæredibus mulieris extraneis non competit *l. un. C. de privil. dot. l. 12. §. exceptis. C. qvi pot. in pign. Perez. C. de J. dot. n. 23.* Et incipit hypotheca non tantum à tempore ſolutæ dotis, ſed conſummati matrimonii, cum in ambiguis pro dote reſpondeatur. *Perez. ibid. n. 21.*

XXVII. Supereſt ut de fructibus dotis agamus; conſtante matrimonio omnes qvidem mobilium & immobilium ad maritum pertinent; Aſt ſoluto matrimonio, qvia mulier eſt Domina dotis, ad eam pertinent *l. 2. l. 7. u. 31. §. fin. l. 34. ff. ſol. matrim.* Dos enim ſine cauſa poſt matrimonium apud maritum vel ejus hæredes eſt *l. un. §. 9. C. de rei ux. act.* de fructibus ultimi anni vid. *Tr. vol. 2. diſp. 7. th. 12.* & prolixe tractat *Hunn. ibid.* jam à qvo incepimus

IN SOLO CHRISTO
FINIMUS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE